

MISAE

TOI 9

OLL 1000

NIEN-



Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reipol.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio Vigesima Prima,

De

OMNIPRÆSEN-
TIA CHRISTI UNI-
VERSALI

Quam

Annuente Θεανθρώπῳ

SUB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI
S. S. Theol. D. & P. P.

*In privato Collegio ad disputandum
proponit*

M. CHRISTOPHORUS KIR-
CHERUS Augustanus,

*Habebitur ad diem 4. Junij, horis
pomeridianis*

In Auditorio minori.

WITTEBERGÆ

JOHANNES Gormann excudebat,

Anno cl. 12. CXXIV.



CONTINUATIO.

Quod de Christo rerum lapsarum restau-
tatore & mortalium assertore unico
Luc. 2, 34. ex nobili illo Propheta Esaiā
c. 8, 13, 14. vaticinio planē Spiritu μακρό-
βιου καὶ εὐλαβῆς Simeon praedixit, fore il-
lum σημεῖον ἀντιλεγόμενον, illud nimis veerum
est. Prophetia enim haec p̄j Senis quovis tempore
adimpletur, dum persona ejus & officium ex o-
mni latere contradictionis impetitur, & telā qua-
vis τῶν ἀνυλογιῶν ἢ βλασφημιῶν unice in
ipsum operoso quidem conatu emittunt, sed fru-
straneo prorsus ausus. Factum id ipsum ab omni-
um etatum hereticis, qui summa haec fidei my-
steria, de persona & officio Christi ad rationis
suae, & Philosophic humanae corruptae, quae omni-
um haeresium. Tertulliano teste, origo est, tru-
tinam exigentes impegerunt, & etiamnum im-
pingunt, cum aeterna animarum jactura. De ve-
teribus hereticis, qui personam Filij prolatis omni-
bus machinis impugnarunt, nunc alterutram ejus
petendo naturam, nunc illarum unionem perso-
nalem distrahendo (quod Paulum Samosatē-
num fecisse Theodorus Rhetensis presbyter
autor ac testis est) jam nihil dicam, siquidem su-
perius de his aliquid actum, sed de illis, qui hodie
in Ma-

De praesc.
haeret.

in Majestatem Christi, præsertim ejus Omnipræsentiam, impetum faciunt maximè, quam etiam sub exoso Ubiquitatis nomine Sacramentarij, hac etiam in parte succenturiantes male feriati Jesuitæ blasphemè exagitant. Iubet enim pietas pro ejus pugnare gloria, qui suam ignominiam æternam nobis gloriam comparavit: flagitat necessitas, stare pro illius articuli veritate, ex quo magnum ad nos redundat commodum: postulat Christi gloria & majestas illum ab hostium contumelijs & blasphemijs animo pio, vero & sincero vindicare. Proinde quo acriores in pugnando sunt ἰσχυρότεροι, eo alacriores in propugnando nos Christianos decet. Dispersam autem totam hanc πραγματείαν σαφηνείας ἔς υπαρχοῦντος ἰσχυροῦς ἐνεκα in sex capita, quorum 1. erit, Quid per Omnipræsentiam Christi intelligamus, ubi calumnie adversariorum notande. 2. Verus status. 3. Probatio 4. Modus Omnipræsentia. 5. Objectiones Calvinistarum & Hoffmannistarum. 6. Mediatio practica.

T H E S I S I.

PRiUSquam verò rem ipsam accedamus, CAP. I.
 spiciendum nobis est de statu controversiæ legitimo, præsertim cum Adversarij nostri quidvis affingere in hoc certamine attentent, & ita strenuè contra proprij cerebri figmentum pugnent. Quod peccatum non leve est contra præcipuam

disputationis legem de statu controversie recte formando.

II. Proinde nobis dicendum erit, quid per Omnipresenciam DEI intelligamus, quae juxta S. Codicem Ierem. 23, 23, 24. Iesai. 66, 1, 40, 11, 12. Ps. 139, 8. nihil aliud est, quam non esse δεκτλw, quae capiatur & illa re concludatur, sed esse δεκτιλw, quae capiat, & omnes res complexu suo contineat. Quoniam concedere omnes existimo, siquidem impius etiam ille Apostata Porphyrius hac de re non absurde scripsit, quem citat Dn. Doct. Gesnerus.

In lib. τῶν
θεῶν τὴν νοη-
τὴν ἀφορμὴν
In formul.
Con. p. 388.

III. Hanc autem πανταπερσοίαν θεῶν huma-
nae Christi naturae communicatam esse jam de-
monstrabimus, si prius impias Adversariorum ca-
lumnias paucis removero. Nimis enim crasse de
modo πανταπερσοίας divinae sentiunt.

Beza vol. 2.
f. 285. ad
Selnec.
In Confess.
Major. da-
mnat Anti-
thes. 4. For.
Conc.

IV. Prima ergo calumnia est, dum prodigiosissi-
mam localem, coextensam, quae humana Christi
natura ubiq; locorum diffusa & prolongata, &
in infinitum diducta sit, odiose nobis obtrudunt,
& contra eam ceu statum controversiae suae dein-
de argumenta dirigunt. Nam Lutherus ali-
quoties, ut & nostrates Theologi prorsus contrari-
um saepius docuerunt publice,

Beza in c.
4. Eph. 1.
Antith. 2.
For. Conc.
damnat.

V. Adversamur vero & illud Adversariorum deli-
rium, quando dicunt, nos docere, humanitatem
Christi ratione essentiae esse omnipresentem &
ubiq; regnare. Docemur enim & confitemur, hu-
mani-

manitatem Christi ratione essentiae in omnem a-
ternitatem verè finitam esse, suisq; dimensionibus
terminatam permanere, & quantitatem suam
dimensam non minus quàm alij sancti perpetuò
retinere, ab infinito tamen λόγῳ nusquam esse
segregatam.

VI. Neq; tertio illud concedimus, humanam
Christi naturam inclusivè esse omnipresentem, ut
in rebus creatis, in omnibus lignis, lapidibus, her-
bis, arborum folijs, cantharis cerevisiarijs, & id ge- Vide Cbe-
nus locis alijs impuris inclusum esse & contineri. mnitium
Abhorrent enim Nostrates ab hac inclusione lo- de duab.
cali ultrò concedentes, hereticum esse, si quis cum nat. p. 523.
Schvvenckfeldio dicat corpus Christi esse ubi-
que in omnibus creaturis κατ' ἔσιν essentiali-
ter; id quod certè contra analogiam fidei est.

VII. Quae omnia ἀματριο λόγοις ἢ φρεναπά-
τοις, ut D. Paulus I Cor. 1. vocat, eum in finem ad-
ducuntur, ut simpliciores decipere, à salutari
Ecclesiarum nostrarum doctrina, in sacris literis
fundata, seducere impio prorsus & fraudulentò
ore & corde annuntur.

VIII. Nunquam enim in mentem venerunt No-
stratibus theologis hæc opiniones, quas Adversarij
ἀπειθεύτως extra DEI verbum ex proprio in-
genio confinxerunt. Quare dogma illud ut ἐτερό-
δοξον ab Ecclesia exterminamus.

IX. Verùm ommissis ipsorum nugis & blasphemijs C A P. II.
statum controversiæ genuinum sic proponimus; An

Christus sedens ad dextram Patris κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ut Basilus loquitur, κατὰ τὴν ἀνθρώπινην, ut Theodoretus, Athanasius, secundum humanitatem, ut nos loquimur, in unitate personæ cum τῷ λόγῳ omnibus creaturis præsentem adsit, vel in toto mundo dominetur? Quod affirmamus Nos, Calvinistæ negant.

CAP. III. X. Pro confirmanda nostra sententia, argumenta proferimus. I. Expressam literam. 1. Ex V. T. Psal. 110, 1. idq̄, dupliciter. I. A forma regnandi. Quicumq̄, dominatur in medio inimicorum, ille non est absens, sed omnipræsens. Nam 1. dominatio talis prærequirit præsentiam cum nemo in medio, nisi qui præsens officium facere possit. Impudens ergo Beza est, dum simile illud à rege Hispaniarum adducit. Maxima n. est differentia regnarum hujus mundi & regni Christi. 2. Sessio ad dexteram DEI nihil aliud est, quàm regnare, docente D. Paulo 1. Cor. 15, 25. qui per τὸ βασιλεύειν explicat. Atqui Christus secundum humanam naturam dominatur in medio inimicorum, id quod σωθέντες textus docet. Imò est κύριος πάντων, Act. 10, 35. E. 2. A sede regni, imperij. Cujus thronus & sedes nullo loco est inclusa, sed omnibus locis superioribus ubiq̄ præsens est, ille ipse nullo loco inclusus, sed ubiq̄ perfectissimâ actione præsens erit. At thronus, quem Christus secundum naturam humanam occupavit, est talis. Esai. 40, 12. 48, 13. Ergo.

XI. 2. Ex

Volum. 1.
fol. 520.
Sadeel.
tom. 2. p.
200.

XI. 2. Ex N. T. Ephes. 1, 20, 21. & c. 4, 10. ubi
ita licet argumentari: 1. Secundum quam natu-
ram Christus est mortuus, resuscitatus, ad caelum
evehctus, secundum etiam promittit suam presen-
tia, id quod totius textus σὺν ἑπιπέσει nobis ob oculos
ponit. Atqui Christus secundum humanam natu-
rā est & c. id quod ex coherencia textus, praefer-
tim v. 23. patet. Imo ipse Martin. fateri cogitur. E. P. 186. 187.

Sic August.
Conf. art. 3

XII. 2. Qui eo sine ascendit ὡς ὁ γένος πάντων
τῶν ὁσίων ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα, et vere
presens est rebus omnibus, eas potenter gubernat.
Atqui Christus secundum humanam naturam
Ephes. 4 v. 10. Ergo.

XIII. Qui omnia implet in omnibus, is quoque in
propinquo adest secundum substantiam, & praesentissimus omnia in omnibus operatur. Nam τὸ
implere omnia totum notat dominium Christi
ad dextram Patris sedentis, quia est infinita vir-
tutis & potestatis divinae, id quod verum ex Ad-
versariorum confessione & testimonio. Atqui
Christus secundum humanam naturam. Ergo.

XIV. 4. Vox universalis Omnia dicit. Ergo nihil Cl. Dn. D.
excludit, quod ad hoc dominium spectat. Ubi 5. Menzerus
phrasia Paulina τὸ πληρώσῃ τῶν ἀπάντων praem. h in
notanda, quae bis tantum in N. T. hoc sensu legi Anti M. P.
tur, & certe nihil relinquit vacuum, quia quae 526.
implemus, ea certe praesentia nostra baud qua-
quam destituuntur. Ergo, nusquam significat ab-
sentem alicujus dominationem, sed semper & pag. 93.

A 4

ubiqz

XIIX. Sunt deniq, qui de donorum impletio- Nabum in
 ne interpretantur, ut Martinius, Sadeel, Ur- Assert. p. 2.
 finis. Verum 1. Universalis vox Omnia, $\alpha\omega\zeta\eta$ - Mart. con.
 $\tau\alpha\omega\varsigma$ posita, contradicit. 2. Non idem sunt, o- Menz. p.
 mnia implere & donis implere Ecclesiam, sed diffe- 178. Sadeel
 run ut totum & pars. Ab affirmatione autem de verit.
 unius partis ad negationem reliquarum partium bum. nat.
 $\alpha\pi\alpha\delta\epsilon\upsilon\tau\omega\varsigma$ concluditur. 3. Paulus ipse dis- p. 193. Ur-
 jungit, ut vel ipsa textus constructio ostendit, ut sinus p. 309
 erudite monstrat Rever. & Cl. Dn. D. Menz. In Anti-
 & c. Ergo de tali impletione loquitur, ex qua Marti. 529
 Christus etiam secundum assumtam naturam Et defens.
 omnia in omnibus operatur & implet presenti colla. Aug.
 efficaciam, quam largissimam donorum effusione te- Conf. p. 173
 statam facit. th. 58.

XIX. II. Rationes analogiae fidei conso- Idem va-
 nas. I. Ab unione personali. Si caro Christi cob. Ab-
 $\alpha\delta\iota\alpha\sigma\tau\acute{\epsilon}\tau\omega\varsigma$ est unita $\tau\omega\lambda\acute{o}\gamma\omega$, nusquam erit drin. collo-
 absens, sed ubiq, locorum tam extra quam intra quio Mem
 Ecclesiam ei presentissima. Sed prius est, quia pelg. 328.
 Unio hypstatica. 1. Non consistit in nuda susten. In Syst.
 tatione humane nature, ut vult Kekerman- Theol. p.
 nus. 2. Neg, in nuda presentia $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ ad car- 321.
 nem, ut volunt Nestoriani. 3. Neg, in presen-
 tia, vel in habitatione gratiosa, quae unio spiritua-
 lis vocatur. 4. Neg, in infusione gratiarum ha-
 bitualium; sed in presentissima naturarum $\pi\epsilon$ -
 $\epsilon\chi\omega\epsilon\eta\sigma\iota$ & presentissima naturarum presen-
 tia. Quare impium est effatum Calviniano-

rum, quando dicunt, λόγος & ita totus est in carne & intra carnem, ut simul sit extra carnem, Zanchius, Martinus & alij.

Lib. 2. de N. XX. 2. Ab ὑπόστασεως & λόγος communi-
D. c. 6. q. 4. catione. Si λόγος seipsum totum, suamq; di-
p. 157. vinitatem assumptæ carni communicavit, necesse
De Persona est, ut omnipresenciam quoq; communicavit.
Christi cō- Prius est, quia ipsi Calviniani affirmant, huma-
tra ubi- nam Christi naturam nunquam habuisse propri-
quit. p. 769 am ὑπόστασιν. Ergo.

XXI. 3. Ab humanæ naturæ ad dextram
 DEI evectio. Quod totaliter sedet ad dex-
 tram DEI Patris totam, illud cum ubivis præstò
 adest quia S. Scriptura ita describit dextram
 DEI, quòd nulli loco sit alligata, verùm omnia
 impleat. Humanitas Christi totaliter ad totam
 DEI dextram sedet. Psal. 110. 1. & Heb. 1. 3.

In Syst. Consequentiam quidem negat Keckermannus,
Log. p. 571. quam tamen vel cæcus videre posset. Quia dex-
359. tra DEI non est locus aut ulla localis differentia,
 sed est omnipresens & infinita sedes DEI, Psal.
 139, 10 & c.

XXII. III. Consensum tum orthopoxæ antiqui-
 tatis, ut Cyrilli in l. 12. Ioh. c. 32. Theophylacti
 in c. 4. Eph. Oecumenij in idem cap. Paschasij l.
 de S. Euchar; tu adversariorum, ut Ioh. Stapu-
Lib. 2. de lensis in c. 14. Ioh. Idem in c. 12. 1. Cor. Imò
Incarn. ipse Zanchius vi veritatis cœlestis adactus, conce-
 dit, humanitatem secundum Christum personali-
 ter ubiq; esse.

XXI. I. Ex quibus omnibus liquidò patet, secundum Scripturæ tenorem, secundum rationes analogiæ fidei consonas, secundum consensum Patrum & Adversariorum, Christum secundum humanitatem etiam extra Ecclesiam ubiq; esse.

XXIV. Haftenus audivimus, Christum esse omnibus creaturis præsentem : jam transeundum ad modum, quomodo caro Christi universis præsens esse queat, salvis corporis animæque suæ veritate, finitate & circumscriptione. Qui quidem modus non ex commentis philosophantium, sed ex divinis Scripturis definiendus est. CAP. III.

XXV. Nam quod quidam de infinitate & immensitate essentiæ carnis Christi calumniantur, describentes omnipræsentiam per extensionem corporis Christi & multiplicationem &c. purum putum somnium est, & in cerebro malè sentientium natum.

XXVI. Sed facessat localiter expansæ naturæ commentum : Christus ita omnipræsens est secundum humanam naturam, ut nihilominus humanitas illa finibus essentialium proprietatum suarum non removeatur, sed maneat finita, maneat in confusa, maneat integra, salva & illibata.

XXVII. Humanitas enim Christi duplex *esse* habet, & naturale & hypostaticum : quia homo non tantum homo est, sed simul quoque DEUS in personæ unitate : idcirco secundum horum actuum distinctionem humana Christi natura fuit circumscriptione terminis suæ essentiæ, id est, secundum conditionem & proprietatem actus naturalis. Non enim circumscribitur loco secundum *esse* hypostaticum, vel actum personalem Filij DEI proprium, humanitati realiter communicatum.

28. Quem

XXXVIII. Quemadmodum igitur duo actus humanitatis Christi non sunt ἀντιδιηρημένοι & contra divisi, sed per ineffabilem περιχώρησιν sunt ὑπάλληλοι: ita circumscriptum esse terminis essentiae, & non circumscribi loco externo, quo ad εἶναι ὑποστατικὸν non subinferunt conditiones κατ' ἀλήθειαν oppositas.

XXIX. Quod notandum contra Keckermannum, qui temerè vociferatur oppositum circumscriptiōnis, ἀπεριγραψίαν scilicet nullo modo & limitatè tribui corpori Christi.

XXX. Conveniunt igitur inter se optimè, neque ulla emergit dissensio.

XXXI. Quando ergo humanitas Christi omnipræsens dicitur omnibus creaturis, fit illud personaliter: ita tamen ut non multiplex statuatur omnipræsencia. Una non est Christi omnipræsencia, & non plures sunt, eò, quòd secundum diversos respectus aliter atq; aliter considerari possit, nempe aliter respectu divinæ naturæ, aliter respectu humanitatis assumptæ & in hac ipsa humanitate illam rursus aliter in respectu status exinanitionis, aliter respectu status gloriæ & exaltationis.

CAP. IV. XXXII. Et hæcenus quidem de vera sententia: restat ut ad ἀνασκευὴν opinionis impiæ & erroneæ χριστομάχων transitum faciamus.

XXXIX. Ubi duo sese offerunt agmina pro duplici differentia eorum, qui omnipræsenciam negant. Quidam non ὀλικῶς eandem negant, ut Jesuitæ & Calviniani. Quidam eandem μερικῶς.

Lib. 3. de XL. Priores his utuntur argumentis: 1. A negatione Christo c. ne S. Scripturæ. Scriptura negat humanitatis Christi præsentiam in omnibus locis. Ergo ea perperam quart. p. 123 affirmatur. Antecedens probatur ex navitate Christi In Instit. si & utroq; statu exinanitionis & exaltationis. Calech. p. Bellarm. Martinus, Ursinus.

482. XLI. Resp. 1. Contrarium superius demonstravimus

mus. 2. Negatur consequentia, quia ab actus secundi negatione ad negationem primi argumentari velle, non est congruum. 3. Argumenta Calvinorum ducta à statu exinationis non procedunt. Aliud enim est *κτῆσις* aliud *χῆσις*: Secundum *κτῆσις* humanitas Christi excellentia illa in statu exinationis non caruit; secundum *χῆσις* vero post ascensionem in cœlum plenariam illam usurpationem adeptus est.

XLII. Illa Angeli verba Marci 16, 6, 7. urget *Nahum, Zambius, Sobnius, Martyr, Martinus & alij*, *In Conc. p. 356.* ubi hac in re habent *ὁμολογῶν Costerum: Ex verbis Tom. 2. p. 505.* angeli. *Non est hic, discimus falsitatem Lutheranae haresis, quæ idiomatum communicationem ponit duas naturas Christi: quasi humanitas omnipræsens sit, cum aperte angelus de ea dicat, Non est hic.* *In L. C. 1619 Pag. 640.*

XLIII. Quibus Resp. 1. Quatuor sunt termini in hac illatione. Antecedens de modo præsentia naturali atque locali, consequens de modo præsentia supernaturali & personali loquitur. 2. Rectè concludit angelus ex hypothese mulierum. Fallacia igitur à d. Et secundū quid &c. Unus n. modus absentia, præsentia per se & in genere opponi non debet: alias etiam omnipræsencia Filij DEI esset abneganda, qui ante nuncium angelicum per modum conceptionis non abfuit.

XLIV. *A conditione humane nature. Corpus Christi verè est humanum corpus. Ergò Idiomata humana de illo prædicantur Martinus.*

XLV. Resp. Non tantum. Nam non merè humanum corpus est in ipsa Unione, ut vult *Martinus Christi* verum ea etiã attribuuntur, quæ minimè corpori *contra* alias humano tribui possunt: ut subsistere in persona Filij: Cum filio DEI unum esse *Ubiq.* hyphistamenon &c. Est igitur fallacia consequentis.

XLVI. Addit quidem rationem, *Quia unum corpus verum humanum non possit esse nisi uno in loco.*

Ad

Ad quam dico 1. Esse argumentum philosophicum Scripturæ oppositum. Nam Scriptura permittit, posse fieri, ut unum corpus possit esse præsens in duobus pluribusve locis 2. Christum, dum humanam naturam dicitur scandisse super omnes locos, & sic omnia loca transcendisse. Ergo hac ratione uni semper & definito loco astringi nequit.

In Syst. Log. XLVII. 3 Ex ratione. Quod simpliciter est impossibile, illud nullo respectu fit possibile. Atqui humanam naturam esse omnipresentem, est ἀπλῶς ἀδύνατον. Ergò. Ita Keckermannus argumentatur.

Clariss. Dn. XLVIII. Resp. 1. Limitatè major sumenda est, Præses præ quicquid simpliciter & φυσικῶς & υπερφυσικῶς i m. h. in Ph. vel non tantùm coram hominibus, sed etiam coram Deo etiam est impossibile, illud nullo respectu fit δυνάστον. Atque ita negatur minor. 2. Hac ratione etiam Keckermanno Unio personalis esset impossibilis. 3. Sequeretur etiam humanam Christi naturam esse ἰδιοσύστατον, quod Calviniani quidam negant. 4. Et sic quoque tollit sessionem Christi hominis ad dextram DEI. 6. Imò quam plurima sequerentur inde absurda, quæ propter chartæ angustiam annotare non licet.

Lib. 3. de XLIX. 4. Ex testimoniis Patrum Bellarminus, Lampadius & alij concludunt: Doctrinam hanc toti antiquitati contradicere. Ergo esse rejiciendam. Cui breviter Resp. 1. Contrarium supra monstravimus, & quia princeps Theologorum Dn. D. Chemnitius de duab. nat. c. p. 30. in aureo libello sufficienter egit hac de re, actum agere nolo. L. Ad alterum agmen me confero, qui universalem Christi præsentiam negant, non (ut ipsi scribunt & dicunt) quòd ea impossibilis sit, sed quòd ea neque 1. In Scripturis promissa: neque etiam cum evidenti aliqua utilitate conjuncta sit. Ll. Verùm eo ipso dum possibilem esse concedens,

dunt, illam ponunt. 2. In Scriptura expressam non haberi, conscientia prohibemur, ut nos asseramus. Manifesta, firma & immota supra protulimus dicta. Psal. 110, 1, 2. Eph. 1, 23. & 4, 10, 3. Producimur Librum Concordiæ, pag. 767. 768. & eius Apologiam, pag. 159. Videatur Dn. D. Hutterm in F.C. pag. 893. Sc. 4. Α θεολογῶν esse dicimus, præsentiam θεωνθρωπῶν orbis Christiani pomeriis determinare velle.


LII. Plura adderem argumenta, nisi pagellarum obstaret angustia, ea idcirco conflictui reservata volumus.


CAP. VI.

LIII. Hæc ergo meditatio præsentis universalis, & cautos nos reddit, ne non tantum de ipso, deq; mysteriis piè loquamur, & vivamus, ne in peccata proladamur; & animofos, dum nobiscum in omnibus miseriis & periculis præsto esse moneamur. Quæ maxima est nostra dignitas, quam recte expedientes exclamabimus cum *Bernhardo in Serm*: Unde hoc nobis piissime Domine, ut nos vermiculi reptantes super faciem terræ, nos, inquam, qui pulvis & cinis sumus, te præsentem habere mereamur præ manibus, præ oculis, qui totus & integer sedes ad dextram Patris, qui etiam unius horæ momento ab ortu Solis usque ad occasum, ab aquilone usque ad austrum, præsto es omnibus, unus in multis, idem in diversis locis. Tibi Christo θεωνθρωπῶν qui verè es τῷ θεῷ συνθρωπος
secundum Greg. Theol. referente Damasc.

l. 3. c. 17. sit laus, honor & gratiarum actio, eis ἀειδιον.

F I N I S.





B.I.G.

Farbkarte #13

VIAS SACRÆ

esima Prima,

RÆSEN-

ISTI UNI-

SALI

Θεανθρώπων

ÆSIDIO

RIS MEISNERI

D. & P. P.

ad disputandum

nit

HORUS KIR-

Augustanus,

4. Junij, boris

anis

o minori.

ERGÆ

rman excudebat,

CXXIV.